



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula facultatis celebrandi pro sacerdotibus alienæ Dioecesis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

graphave eius, cui hanc curam dederimus, sicut etiam exiges.

Diebus singulis supra praefinitis suscepimus Missæ sacram faciendi munus prestatibus: nec verò alibi ijs ipsis diebus Missæ sacrū facies, etiā si illius faciendi munus non suscipias; nisi aliquando de illius, cui id curæ commiserimus, consensu, in locum tuum, ob legitimū impedimentum, etiam infirmitatis, quo detinēris, Sacerdotem alium antea substitueris, qui pro muneris à te suscepiti ratione, quod ipse debes, id omne in ea Ecclesia præstet.

Quibus diebus celebrare teneris, obsequium assidue impendas, salutem tamen honestatem tua, & debitam deuotionem; nec tibi liceat quavis ratione diem etiam unum subtrahere, siue causa voluptatis, siue te ad aliam Ecclesiā transferendo.

Festis verò diebus, qui præcepto Ecclesiæ, aut consuetudine, votoq; coluntur, post Missam Parochialem, vel summo mane, de consensu tamen Parochi, Missæ sacrificium facies.

Missæ sacram nè facias sine ministro clericali habitu induito, eoq; decenti, ad prescriptū nostrarum Constitutionum.

Stata hora, quam deputatus noster pro temporis ratione prescripsit, Missæ sacram facies.

In libro, Missis quæ celebrantur in singulos dies annotandis constituto, manu tua singulis item diebus quibus celebabis, subscribes: aliter in mandato nulla habeatur ratio.

In illo ipso Altari Missæ sacram facies: q; si in alio feceris, absq; nostro, seu deputati consensu ac permisso, perinde in eleemosina percipiēda censearis, ac si munus quod debes, nō præstiteris, auxta prescriptum Concilij Prouinc: 4.

Has autem nostras literas per . . . tantummodo tibi suffragari volumus. Dat. &c.

Formula facultatis celebrandi pro Sacerdotibus alienæ dioecesis.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Christo Reuer. Presbytero N. Dioecesis N. Cognita sacrarum cæremoniarum peritia tua, perspectisq; Or-

dinarij tui literis dimissorijs; facultate concedimus ad menses . . .

Missæ sacram faciendi ritu Romano, in Urbis, & Dioecesis nostræ Mediolanensis Ecclesijs, quæ tamen Monialium nō sint, & in quibus tali ritu celebrari permittitur; consensu quoq; earundem Ecclesiarum Rectorum vel Vicerectorum accidente, & dummodo tu in habitu & tonsura incedas, & in Altari non petas eleemosinam. Dat. &c.

Formula facultatis, qua permittitur clericum esse in familia alicuius laici causa educationis liberorum.

CAROLVS &c. Tibi N. de cui vita probitate, docendi ratione, & fidei professionis emissione nobis satis constat, his literis facultatem damus, ut in domo N. pueros educare possis: quam sanè facultatem tibi concedimus his conditionibus infra adscriptis.

Libros à pueris legi nō patieris, nō solùm Indice S. D. Pij IIII. nominatim vetitos; sed neq; etiam alios, quibus ob scena vel turpia contineantur.

Si quæ profana aliquādo pueris erūt exponenda, omnia ad rectam disciplinā, egregiamq; morū indolē præclaris interpretationibus traducere studebis.

Si quæ problemata, vel axiomata, vel alia quævis ingenij exercendi causa publicè proponere volueris, ne ea pponas, quin prius à nobis approbata fuerint.

Quotidianas ludi exercitationes ac studia, inchoabis, & concludes item pia aliqua oratione & prece.

In gymnasio, loco decenti & perspicuo, tabella alicuius sacræ imaginis appendatur, ad quam diebus singulis discipuli statas preces faciant.

Quæ tandem de Ludi magistris in Concilio Lateranensi ultimo, & huius nostræ Ecclesiæ decretis sancta sunt, diligenter integreq; seruabis.

Cum autem Ecclesiæ persona sis, dignitatis Ecclesiæ memor, ne cum reliqua familia verseris; neve alio munere, quā dediti pueros, sanguinis. Mulieres seu diaconi vlo pacto deducas, comiterisve.

Non causarum Actor, rerumq; temporalium administrator sis.

Nec